



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 41. Neapolitani Regni cessio Philippo Regi facta, atque a Pontifice  
approbata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

§. XLI.

Sæcul. XVI.

A.C. 1554.

*Neapolitani Regnicensio Philippo Regi* facta, atque a Pontifice ap-  
probata.

Pridie ante Regni Anglii reconcilia- *Acta consili.*  
tionem die vigesima tertia Octobris *fig. n. 134.*  
congregato Purpuratorum Senatu *San-Raynald.*  
*Etissimus Dominus noster,* ut habent acta *hoc ann.*  
Consistorii, admisit renuntiationem, trans- *num. 10.*  
lationem, & dimissionem regni Siciliæ citra  
Pharum a Serenissimo Carolo Romano-  
rum Imperatore semper Augusto in favo-  
rem Serenissimi Domini Philippi Angliæ  
Regis illustris, ipsius Caroli Imperatoris  
Nati factam, nec non obedientiam a Nobili  
Viro Ferdinando Avalos de Aquino Mar-  
chione Piscario, ejusdem Philippi Regis  
Procuratore nomine dicti Philippi Regis  
Sanctitati sue, ac Sedi Apostolicæ & S.  
Romanae Ecclesiæ praestitam, itemque ho-  
magium, & juramentum fidelitatis, ac  
Regnum ipsum usque ad confinia terrarum  
E 3 *ipsius*

ctore allegato recenset; nihil enim ipsi magis  
familiare est, quam pro re nata suas privatas  
opiniones contra Papæ, Cardinalium, Legato-  
rum &c. jura, & auctoritatem, necnon con-  
tra Inquisitionem, & alias ejusmodi consue-  
tudines furtive ingerere, eisque ementito  
Virorum illustrium testimonio auctoritatem  
conciliare.

**Sæcul XVI.** ipsius Romanæ Ecclesiæ excepta civitate  
**A.C. 1554.** Beneventana cum ejus territorio, districtu,  
Et pertinentiis, ac eorum incolis, quam  
Sanctitas sua sibi, Et eidem Romanæ Ec-  
clesiæ retinuit, prædicto Philippo Regi,  
pro se, suisque hæredidus, Et successori-  
bus Arragonum Regibus, tam masculis, quam  
fæminis ex eo recta linea descendantibus in  
feudum perpetuum pro solito annuo censu  
septem millium ducatorum auri de Camera,  
Et unius paraphreni albi pro recognitione  
veri, Et directi Dominii ipsius Regni in  
festo Sancti Petri persolvendo, Et sub con-  
ditionibus, modis, formis, adjectiōibus,  
promissionibus, clausulis, voluntatibus, Et  
ordinationibus in literis Julii II. Et con-  
cessione Leonis X. Romanorum Pontificum  
Sanctitatis suæ Prædecessorum contentis,  
Et elargitus est, ac Regnum ipsum eidem  
Philippo Regi modo, Et forma prædictis  
infeudavit, eumque de illo per ipsius Fer-  
dinandi Marchionis, Et Procuratoris ad  
osculum pedum Sanctitatis suæ admissionem  
investivit, volens, Et intendens, ut infra  
annum a data concessionis hujusmodi com-  
putandum idem Philippus Rex privilegium  
suum aurea Bulla bullatum, in quo proprio  
juramento fateatur, Et recognoscat expresse  
Regnum Sicilice hujusmodi, ac totam ter-  
ram ejus, quæ est citra Pharum, usque  
ad confinia ipsius Romanæ Ecclesiæ, ex-  
cepta Beneventana civitate cum illius Ter-  
ritorio,

ritorio, districtu, & pertinentiis prædictis, **Sæcul. XVI.**  
quæ ipsi Ecclesiæ perpetuo remuneat, Phi- **A.C. 1554.**  
lippo Regi, ejusque hæredibus, & succes-  
soribus prædictis ex sola gratia, & mera  
liberalitate Sedis Apostolice, & Sancti-  
tatis suæ fuisse concessa, eosque recepisse, &  
tenere Regnum Sicilie, & terrarum hujus-  
modi a Sanctitate sua, & dicta Romana  
Ecclesia, sub pœnis, modis, & conditio-  
nibus supradictis eidem Sanctitati suæ, seu  
Romano Pontifici pro tempore existenti,  
dare, & tradere teneatur, non intendens  
per præmissa juri Serenissimæ D. Joannæ  
Hispaniarum, & utriusque Sicilie Reginæ  
illustris, vel alicujus alterius in aliquo præ-  
judicare, & alias, prout in Bulla plenius  
continetur. Altera die summus Ponti-  
fex datis literis Philippum de tota rei  
in ejus favorem gestæ serie certiorem  
reddebat, simulque ad Mariam Regi-  
nam diploma dedit, in quo eidem quæ-  
cunque fausta, necnon prosperum fu-  
scepti consilii successum precabatur. Ea-  
dem quoque occasione literas scripsit  
ad Carolum V. Imperatorem, signifi-  
cans, quod Philippo ejus filio  
Pontificio diplomate integrum Neapo-  
litani Regni possessionem concessisset,  
ac proin ejus votis plene satisfe-  
cisset.